



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.10. S. Bonifacius Archiepiscopus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

Sæcul. VIII. ret, & virum anno prope integro in exilio degere coegit.  
A. C. 732.

## §. X.

*S. Bonifacius Archiepiscopus.*

*vit. Wilib.* In Germania S. Bonifacius, cum Gregorii III. Papæ Ordinationem perceperisset, missis Legatis cum Epistolis eidem obedientiam promisit, prædicationis suæ rationem reddidit, & quarumdam quæstionum difficultum resolutionem petiit. Papa non modo Sacræ Sedis Communionem & amicitiam, quam exoptabat, sed etiam Pallium & Archiepiscopi Titulum concessit. Missis quoque Reliquiis, aliisque donis Epistolam ad eundem dedit, in qua, postquam explicavit quantam ei Dignitatem tribuat, subiungit: *Et quia nobis affirmasti, per Dei 1486. epist. i.* *Gratiā, tantam populorum multitudinem fuisse conversam, ut iis erudiendis solus non sufficias, jubemus, ut juxta Canones & Sacræ Sedis Auctoritatem in illis locis, in quibus numerus Fidelium auctus est, Episcopos constituas; id tamen semper cavendum memento, ne Episcopatus vilescat, & in consecratione unius duo tresve alii semper advocentur. Quod spectat ad illum Presbyterum, qui anno superiore ad nos venit, & a criminibus suis absolutum fuisse se dicit, scito, ipsum nullam apud nos Confessionem deposuisse,*

nec

nec ullam accepisse absolutionem. So- Sæcul.VIII.  
lummodo Epistolam commendatitiam ad A. C. 732.  
Filiū nostrū Carolum a nobis petiit.

*Qui a Gentilibus baptizati fuere, i-* c. 1.  
*terum in Nomine Sanctæ Trinitatis ba-*  
*ptizentur. Item baptizati a Presbytero,*  
*qui Jovi sacrificat, & immolatas carnes c. 4.*  
*comedit, aut qui ipse dubitat, an rite ba-*  
*ptizati fuerint. Credere debemus, Ba-*  
*ptismum ab his Gentilibus secundum*  
*formam ab Ecclesia præscriptam non*  
*fuisse collatum, nam Quæstiones, a S. Bo-*  
*nifacio missas, unde casuum proposito-*  
*rum circumstantias scire possemus, non*  
*habemus.*

Prosequitur Papa: *Offerre possumus*  
*pro mortuis, vere Christianis, sed non*  
*pro impiis. Consanguinitatis gradus in*  
*contractu Matrimonii usque ad septimam*  
*generationem observentur. Et si potes*  
*abstrahē viros a quartis nuptiis. Nimi-*  
*rum, Ecclesia Nuptias quartas nec appro-*  
*bat, nec absolute damnat. Parricidæ c. 6.*  
*Communionem solum in morte & per mo-*  
*dum Viatici accipiant, toto vitæ suæ tem-*  
*pore a carne & vino abstineant, diebus*  
*Lunæ, Martis & Veneris jejunent. Qui*  
*mancipia sua Infidelibus venumdant, ea*  
*Diis in Sacrificium immolaturis, eandem*  
*pænitentiam ac homicidæ subire co-*  
*gantur.* c. 7.

Neo.

---

Sæcul. VIII.

A. C. 732.

e. 2.

*Neophytoſ tuoſ, quantum poteris, co-  
bibebiſ, ne carneſ equinaſ (\*) comedant,  
ipſiſque pænitentiaſ injungeſ.*

Constat, hanc Epistolam ante annum  
732. non fuisse scriptam.

Hæc Summi Pontificis Epistola stimulos addidit, ut Prædicationis Officio ferventissime incumberet. Exinde S. Bonifacius duas ædificavit Ecclesias, alteram Fritislariæ ad honorem Sanctorum Petri & Pauli, alteram Hamanaburgi ad honorem S. Michaelis, & utriusque numeroſum junxit Monasterium. Fritislariense Cœnobium ſitum erat in Hassia ad Ederam amnem, in illo loco, qui hodie que nomen retinet, habuitque primum Abbatem S. Wigbertum Monachum gente Anglum ex Westſaxonia, qui jam Presbyterio initiatuſ in Germaniam ve- nerat, cum S. Bonifacio operam junctu- rus, vir accurate Regulam obſervans,

*vit. to. 4. Act. qui ad audiendam alicujus Fidelis con-  
SS. Be. p. feſſionem vocatus, nemini in itinere col-*

*674. ep. 52. loquebatur, aut non niſi sermonem de  
inter Bonif. rebus ſpiritualibus afferebat. Obiit an-*

*e. 8. Mart. Rom. no 747. ejusque memoriam decimo ter-*

*13. Aug. tio Auguſti Eccleſia colit.*

### §. XI.

(\*) Non facile diſpiciuntur, cur S. Pontifex ex animalibus immundis a ſoliuſ equi carnibus abſtinere Germanos jubeat, niſi forte quod equos Diis ſuis ſacrificare ſolerent.